

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagratia <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

Casvs reservatvs

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](#)

terram iuxta fratum consuetudinem se professant humiliter. In verbis autem, ut verba subiectionis & pœnitentia, nullam sint omnino nostram superbia, vel impatientia, continentia, &c. Dictis à quo quis propriâ sponte culpis, si Superior aliquā sciat ex his, quæ ibi dici possunt, & videat, quod qui eam commisit, nō accuset, ipse Superior eam accuset, & seueniori pœna castiget, quam si ipse delinquens sponte accusasset.

CASVS RESERVATVS.

67. Casus Reservatus quid sit & quotuplex?
68. Casus Papales in genere.
69. In specie de Casibus Bulla Cœna D.
Bulla huius obligatio.
70. Eius valor in Germania.
71. Quantum obliget Regulares?
73. Casus Pontificij extra Bullam Cœna D.
74. Casus Episcopales & eorum differentia triplex.
75. Casus Regulares ex Decreto Clement. 8.
76. Casus reservati penes Capucinos.
77. Quæ requirantur ut Casus sit Reservatus.
78. Modus absoluendi à Reservatis in Ordine

Cap.

LXVII. 67. **C**Vm inferiores Confessarii catenatus tantum Iurisdictionem, & quid & potestatem ad absoluendum habeant, quæ recipiantur.

tenus

enus iis à Superioribus permittitur, atque
i de facto, quò sibi subditos in officio
Christiano contineant, & à grauioribus fal-
tem culpis retrahant, ab huiusmodi pluri-
bus absoluendi potestatem sibi reseruent,
quamvis circa alia concedant; vt Confessio-
nem talis recte suo fungatur munere, tenetur
in primis scire casus sive censuras, saltem
ordinarias, quas ipse non potest absoluere
(nam de aliis, quas potest, satis est, si habe-
at cognitionem confusam, intendatque eas
absoluere, si opus fuerit) Ideo

Sciendum est triplices communiter di-
stingui casus reservatos, iuxta tria Personarum
genera, quibus reservati solent, *Papa-*
les, Episcopales, & Regulares.

68. Casus Papales ordinariè sunt cum
censura, neque de facto aliquis est Papæ re-
servatus, qui non habeat annexam excom-
municationem, præter vnicum casum Si-
moniacæ promotionis vel Promouentium
ad SS. ordines, quos Syltus 5. non excom-
municat, sed tantummodo suspendit, & ip-
sum tamen Sedi Apostolicæ reseruat, vt ad-
uerit Conin. disp. 8. de sacr. dub. II. n. 82.
Vnde quicquid à culpa mortali, vel incursu
censuræ excusat, vt indeliberatio, vis, ne-
cessitas ineuitabilis, materiæ paruitas, &
ignorantia, reservationem quoque tollit
in Papalibus.

LXVIII.
Casus Pa-
pales in
genero.

Casus

Casuum S. Pontifici reseruatorum alii continentur in Bulla Cœnæ Domini, alii extra illam. Reseruati Papæ in Bulla Cœnæ omnes sunt numero viginti, quorum cognitio, quia præ cæteris magis necessaria est, operæ pretium duco, breuem saltem eorum hîc referre catalogum ex Filiuc, qui causa memoriae reducit omnes ad quinque capita.

LXIX.
Casus Bul-
lae Cœna
D.

69. I. *Ad Fidem.* Ex quo Excommunicantur omnes hæretici, schismatici, legentes, &c. Excom. 1.

2. *Ad caput Ecclesie,* qui est S. Pontifex, quatenus offendit potest dupliciter I. vt Princeps supremus in spiritualibus, & sic excommunicantur appellantes ab eo ad concilium. 2. II. vt Princeps in temporibus certæ partis orbis. Et sic excommunicantur usurpantes bona & iurisdictionem ad ipsum pertinentem. 20.

3. *Ad Ecclesiam Christianam,* quæ potest offendit, tum in suis Personis & membris, vel per latrocinium maritimum. 3. vel per raptum bonorum naufragantium. 4. vel per impositionem onerum contra Iustitiam. 5. vel per offensionem Romipetarum. 10. tum in suo Principatu, quomodo excommunicantur deferentes arma, &c. ad inimicos Christiani nominis. 7.

4. Ad

4. Ad Sedem Apostolicam, quæ offendit
Corde Domini potest I. quoad Personas, quæ sunt sub eius
Pape in protectione, quales sunt deferentes victu-
ligni, quæ ad curiam Papæ. 8. venientes ad illâ pro
magis negotiis, morâtes, & recedêtes. 9. recurrêtes
reuenientes ad eam. 12. II. Quoad suam authoritatem;
Ex quo ex Filiis vel per falsificationem litterarum Aposto-
nus ad quicunque ad quicunque ad quicunque ad quicunque
ci, schismatis ad quicunque ad quicunque ad quicunque ad quicunque
qui est. 13. vel per usurpationem bonorum Ecclesiasticorum. 17:

5. Ad Ecclesiasticam Hierachiam, quæ po-
test offendit I. ratione Principalium eius
membrorum, quales sunt Cardinales, Epis-
copi, Patriarchæ, Archiepiscopi, Nuncij,
Legati Sedis Apostolicæ. 11. II. Derogan-
do eius authoritati, vel per cognitionem
causarum spiritualium à Laicis. 14. vel per
immunitatem fori. 15. Recursum à Iurisdi-
ctione Ecclesiastica ad Laicam. 16. III. De-
rogando eius libertati, vel per impositionem
onerum Personis & bonis Ecclesiasticis. 18.
vel per cognitionem causarum criminali-
um pertinentium ad Clericos. 19.

70. In fine huius Bullæ additur I. Eam
durare debere donec alia publicetur à Papa. LXX.
Vnde etiam vacante sede, non expirare Obligatio
colligunt DD. 2. Reseruatur eorundem. ca-
fuum absolutio soli S. Pontifici, præter-
quam in articulo mortis, quæ necdum dati
per-

permittitur, nisi penitentes se offerant ad satisfactionem sufficientem parti lese, & præstata cautione de stando mandatis Papæ. 3. Revocantur omnia Priuilegia, per quæ absolutio extra mortis articulum poterat ab alio, quam a Papa exhiberi. Revocantur etiæ tales facultates, licet fuerint date a Concilii Generalibus. De hoc videantur dicta V. Absolutio quoad Seculares. n 42. & 43. 4. Decernit Excommunicatos esse, qui aliquæ absoluissent ab aliqua Excommunicatione hic reseruata, aliisque graues poenas eisdem minatur. Hæc tamen Excommunication non est reseruata Papæ, sed Ordinarius potest ab ea absoluere. Deinde ut incurritur, requiritur præsumptio, quare excusatuntur, qui ex obliuione, inaduententiâ, ignorantia non traxerunt talem absoluissent. 5. Præcipitur, ut omnes Patriarchæ, Archiepiscopi, alijque Prælati curent hanc Bullam quotannis semel in omnibus Ecclesijs Parochialibus publicè prælegi. Deinde, ut omnes Parochi & Confessarij hanc Bullâ apud se scriptam habeant, frequenter legant, diligenter examinent, &c.

Ratione huius mouetur non leuis quaestio, circa totius Bullæ obligationem, licet enim Romanus Pontifex, cum supremâ in Ecclesia potestatem non à populo per ele-

ctionem

tionem, sed immediate à Christo acceperit *Matt. 16. Ioan. 21.* possit suis legibus Christianum populum adstringere, absque ullo ipsius populi consensu; Ad hoc etiam opus non habeat, iuxta Veriorem sententiam Vsu & consuetudine confirmatam; **Azor.** *to. 1. l. 5. c. 3. q. 3.* vt eius constitutiones in singulis promulgantur Prouinciis, seu Episcopatibus, sed simul ac in Romanâ Curia promulgata est, omnem in toto Christiano Orbe obligandi vim acquirat, quatenus est ex parte sua: Ad praxin tamen quod attinet peccati damnandos non esse, nec puniendos singulos è communitate, si talem Pontificiam, in sua Diocesis neque promulgatam, neque vnu receptam, ipsi quoque non obseruent, non sine probabilitate fundamento docet *Laym.* *l. 1. tr. 4. c. 3.* & *Azor.* *cit. c. 4. c. 1.* dicens, etiam promulgatam legitimè, vnu tamè non recepatam, extingui, atque desinere, non quod Populus jus habeat tollendi leges à Principe sanctitas, sed quia leges cum instituntur & promulgantur, eà conditione conduntur, vt vnu recipiantur ad hoc quod omnes tenentur; sì minus, neminem ligent. Quapropter, *ait ibid. q. 3.* multas leges Pontificias, Imperatorias, aut Regias, esse, qua licet à maiori Prouinciarum par-

te, vsu recepta sunt, in aliis tamen Provinciis vim non habeant, quoniam in illis non sunt vsu approbatæ; atque hæc ratione multos Canones in Italia, Hispania & aliis Provinciis vsu receptos esse, qui tamen in Gallia, vel Germania, vel Polonia, nullius sint firmamenti & auctoritatis, quia ibi non sunt vsu recepti, vel saltem, quia eos consuetudo abrogauerit, &c. Quod speciatim etiam de Bulla Cœnæ D. tuetur Urban. ab Ascensi. Theol. Mor. tr. 2. p. 2. dist. 1. c. 1. Reg. 8. & Beccan. tr. de legibus. c. 6. q. 8. dicens Episcopos & Principes, qui hoc tempore viuunt, & quorum antecessores non receperunt Concilium Trid. aut Bullam Cœnæ D. (quæ tamen quotannis renouatur) liberos esse in conscientia. Et c. 15. q. 8. n. 5. vbi Bulla Cœnæ D. inquit, vel index librorum prohibitorum receptus non est, Catholicos in Germania non excommunicari, qui legunt libros hereticos. Ita de facto Bullam Cœnæ in Gallia non esse receptam, ideoque nullam ibi inducere obligationem, attestantur communem esse omnium sententiam, Urban. vbi supra & Chassain. tr. 1. de Priu. Rég. c. 1. in fine. quod Pontifex sciens eam non fuisset receptam & publicatam, propter bonum pacis, non curet, ut publicetur.

LXXI.

Quantum
obliget Germanos?

71. Sed quid de nostra Germania? Ita
etiam

iam videtur asserere P. Bassæ. V. Heresi-
 16. vbi Bulla Cœnæ, inquiens, non est
 u recepta, vt in Anglia, Germania, Gal-
 a, Catholicæ legentes libros hereticorum con-
 nentes heres, vel de Religione tractantes,
 on incident in excommunicationem, si legerint
 audio cognoscendi & confundandi eorum erro-
 es, &c. Verum authores ab eo citati non
 c absolutè loquuntur, sed positâ conditio-
 ne, sî in his regionibus recepta non sit. Ait ta-
 men Azor. ibi allegatus, t. i. l. 8. e. 16 q. 6. ali-
 uorum esse opinionem, eam constitutio-
 em non esse ubique receptam, quia nec v-
 ique promulgetur, nec vsu aut jure com-
 unu confirmata sit. Propius ad scopum
 rebus can. cit. c. 15. quem sequitur Laym. l. i. tr.
 a. Et c. p. 2. c. 5. 2. Bullam Cœnæ D. in multis Ger-
 nel internaræ Prouinciis non esse vsu receptam:
 aut alatem quoad omnia, inquit, apud nos (scrip-
 tianæ, sicut autem Monachij) non esse receptam, satis
 constare videtur. Eodem ferè modo loquitur
 Fañer. to. 4. disp. 6. q. 10. dub. 4. Illud ramen,
 articulat, satis constare viderit, saltem in tanto rigo-
 rem nos Germanos non obligari, si ut Italos, ve-
 de Proptè propinquiores Curia Romanae, quod vel ex
 patere potest singulariter, quod non obstante
 mandato Papæ, neque horum locorum Ordinarij
 promulgare, neque etiam Confessarij Bullam il-
 lam penes se habere current. Dicere autem vnd-
 uersim

versim Bullam hanc non esse receptam, aut non
satis promulgatam, ac ideo in Germania nibilis
faciendam, nequaquam tutum esse; quando sal-
tem prima illius excommunicationis ex parte &
absolutionis ab eadem, omnes Confessarij doctri-
timorati, ubique diligentem rationem habeant,
licet in alijs quibusdam praxis non ita sit mani-
festa, quod rarius eiusmodi casus incidere vide-
antur, &c. Nihilominus tamen author Dis-
sertationis de foro Compet. Ecclesiast. &
Sæcul. quæ cum approbatione utriusque fa-
cultatis Theologicæ & Iuridicæ, publica
concertatione propugnata fuit in Universi-
tate Friburgi-Brisgoie Anno 1656. disertè
proficitur dictam Bullam Cœnæ D. in Ger-
mania nostra non esse receptam, nec in prá-
xi seruari. Hoc, ait, patet & est notiorum ser-
per totum Imperium. Faßim enim Clerici co-
ram Iudicibus Secularibus conueniuntur, cum
actionibus realibus, tum etiæ Personalibus, &c.
Vir quidam Doctissimus ac Religiosissi-
mus, plurium annorum publicus SS. Theo-
logiæ Professor, & multorum libroru[m]
editione celebris, à me super hac Bullæ Cœnæ
obligatione singulatiter consultus, rescrip-
tit hæc formalia: De valore Cœna Dominicæ
Bulla multum inde pendet, an aliqua his inter-
ris, illius habeatur notitia? An saltem Ecclesi-
stici & Curati illius exemplaria habeant penes

se

72. si neutrū sit, aḡe mihi persuadeo esse re-
ceptam. Et quantum exist̄mo, etiam alibi non
st̄ recepta. Circa lectionem librorum hæretico-
rum idem sentio, videlicet Regulas Indicis non
esse omnino receptas in Germania, saltem circa
libros, qui non ex instituto tractant de Religio-
ne, sed solum aliqua inspergunt, ut Historici, &
Iuris consulti Acatolici. Libros autem, qui ex
professo hæresin defendunt, aut fidem Catholicam
impugnant, exist̄mo subiace Regulis librorum
prohibitorum. Hec ille. Cum porro Iudices
ipsos Ecclesiasticos, huius tam ex officio,
quād diuturno v̄su peritissimos, desuper
conuenisse, hoc isti aseuerunt in suo
foro constanter vrgeri, vt pro vitibus præ-
fatæ Bullæ Cœnæ D. vsum queantur, eaque
propter specialem ipsi quoque Reu. mi DD.
Ordinarij à Casib⁹ illis absoluendi pote-
statem à S. Sede Apost. ad certos annos
concessam, identidem confirmari faciant.

72. Quid finaliter hac in re concluden-
dum sit, prudenti cuiuscunque judicio re-
mitto; mihi sufficit, cùm sit questio facti
potissimum, ea retulisse, quæ à viris doctis
& rerum nostrarum Germanicarum peri-
tis, accepi. Vnum tamen hic prætereundū
non est, quod aduertit Utban. ab Ascens.
er. 2. p. 2. dist. 2. c. 3. Reg. 4. Quamuis apud
Sæculares locum habere possit, quod hacte-

H 3

nus

LXXII.

Quantum
afficiat
Regula-
res?

nus de non receptione Bullæ Pontificie dili-
serui, nō idē tamen statim sequitur, ita ren-
esse respectu Religiosorum, qui se semper
obtemperantissimos exhibuerunt Summis
Pontificibus, sicquē semper intendunt per
seipso acceptare, quod circa illos indepen-
denter ab aliis constituitur. Hanc ob causam
differenter quoque de absolutione ab hūiis
Bullæ casib⁹ dixi circa fratres & extrane-
os. Quamuis etiam quoad fratres, non ex-
trā rationem allegari posset, quod idem au-
thor subiungit Superioribus; tanto inter-
vallo Religiosos distantes à Sede Apostoli-
ca, vbi quotannis publicatur dicta Bulla,
imò & ita innouatur, ut consequens ab an-
tecedente non pendeat, nec ista in illam in-
fluat, non posse rationabiliter obligari ad
obseruationem illius canonis, cuius obliga-
tio finit, antequam ipsi rescant, cùm pra-
fertim illis à Generalibus nunquam com-
municetur, &c. Nota etiam quod idem
paulò ante dixit; Regulates acceptare, que
Independenter ab alijs circa ipso (quasi soli
absq; intuitu Secularium) constituuntur, &
Bulla Cœnæ autem non independenter ab
aliis, sed æquè omnes respicit. Et haec
Bulla Cœnæ D. pro cuius pleniori notitia
remitto Lectorem ad Theologos morales,
qui eam ex industria suis *commentationi*.

busilli
uar. i
tus, &
7:
uati
Basse
nind
norar
ville d
tentat
absolu
nosc
cern
tra
denta
ben
ne i
cial
cun
Basse
tratu
pro
cep
ne
38
tu
ce
re
te
te
bu

Bulle Pontificia illustrant, inter quos magis obuius Nam
tim sequuntur. in Man. c. 27. à n. 49. usque ad 75. Tele-
orum, quibus, &c.

73. Casus extra Bullam Cœnæ reser-
vati Papæ sunt quamplurimi, quorum P. LXXIII.
emperat. 1. Excommunicatio. 7. numerat om-
nis. Basile. V. Excommunicatio. 7. numerat om-
nis. Hinc in d. 94. quos etsi Confessarius penitus ig-
abfoluit. orare non debeat, eos tamen in primis no-
cafravet. si se debet, à quibus ipse alios absque præ-
quoad finitatem seu recrusu ad Maiores Iudices
sollet, quibus soluere omnimodè nequit, aut Regularē
onibus, nostrum statum ac fratres specialiter con-
cernunt, cuiusmodi sunt sequentes. 1. Con-
fessor. 2. contra Percussores Clericorum. C. si quis sua-
vit confiteatur. 17. q. 4. 2. Simoniacos in Ordine &
beneficio. Extrau. 2. de Simonia. ubi nomi-
nabilem Beneficij etiam Generalatum, Prouin-
cialatum, Guardianatum, &c. venire se-
cundum probabilem sententiam, tradit
Basile. V. Simonia. 6. n. 2. licet aliqui con-
trariam etiam sententiam opinentur esse
probabile. 3. Taxantes opiniones de Con-
ceptione B. Mariæ Virginis. Extrauag. Gra-
ue nimis. de Vener. SS. Vid. V. Prædicator. n.
380. 4. Impugnantes institutum Societi-
tis Iesu, eiusque constitutiones. Greg. 13. Af-
fidente Domino. 5. Docentes licere per lit-
teras seu internuncium Confessario absen-
te sacramentaliter confiteri. Clem. 8. 20. Iun.

Casus Papæ
reservati ex-
tra Bul-
lā Cœnæ.

1602. 6. Prædicatores, qui non seruârint decreta pro eis in Concil. Later. sub Leone 10. Ibidem seß. 11. De his V. Prædicatores. 7. Absoluentes à Casibus Bullæ Cœnz, vel Papalibus vel à reseruatis Ordinariorum Extrau. Et si Dominici. 2. de Pœnit. & remiss. Et Clem. 8. 9. Ian. 1601. 1. pro quibus prætexta n. 70. Aduerte, prohiberi absolitionem eorum casuum, non quamcunque sed eam duntaxat, quæ Priuilegiorum prætextu, & sub aliquo velamine datur absque facultate legitimâ. Est enim prætextus color quæsitus. Ut ex Budæo exposuit P. Santor. ad Confit. FF. Minorum, c. 2. stat. 14 §. 1. & 5. q. 5. penes Dian. p. 8. Tr. 7. Ref. 50. 8. Administrantes Sacramentum Extremae Unctionis, Eucharistia, aut Matrimonia solemnizantes absque licentia Parochorum. Clem. 1. de Priu. Vide V. Eucharistia. 9. Confidentes libellos famosos vel aliam scripturam contrâ statum Ordinis Prædicatorum vel Minorum. Alex. 4. Ex alio. 10. Subornantes in Electionibus Regular. Pius 5. Clem. 8. & nouissime Vibanus 8. 1624. 21. Sept. Præsertim, subornantes donis & munerebus. Clem. 8. in Bulla de largitione munerum. Cuius declarationē habes in Comp. Priu. Mend. V. Dare. In annot Capucini. De his quoque V. Electio. n. 178. 11. Contra violantes Claustram Regul. de qua V. Claustræ. 74.

74.
triplex
de lure,
quidam
per statu
ipsi Episcop
pedura
Episcop
releua
copio
quis p
li cur
absol
pauc
casu
tene
4. 7.
ris &
culia
vinci
nos a
iam
allia
7.
sibi
spec
tua
2.
mi

74. Casuum Episcopis reseruatorum LXXIV.
 triplex Dicitur statuit, quidam enim Casus E-
 de Iure, seu generali Ecclesiæ consuetudine; pscopat-
 quidam vero speciali vnu, vel consuetudine, les.
 per statutum & constitutionem synodalem
 ipsis Episcopis reseruari solent, qui semper
 perdurant lege durante, etiam post mortem
 Episcopi. Alii denique velut ab homine
 reseruantur vel generaliter, ut mortuo Epis-
 copo statim cessent, vel specialiter, ut cum
 quis per sententiam specialem ab Episcopa-
 li curia excommunicatur cum reseruatione
 absolutionis. Primi generis, alij plures, alij
 pauciores ponunt, nullos amplius eiusmodi
 casus neque excommunicationes existere
 tenet Tamburin. in *Methodo Exped. Conf. l. 3.*
c. 7. §. 2. post Soar. Filluc. &c. Secundi gene-
 ris & tertii qui sint, pendet ex locorum pe-
 culiarium cognitione; atque ex vnu, Pro-
 uincialibusque decretis discendi sunt, neq;
 nos afficiunt, nisi ad forum contentiosum
 iam deuenerint, prout dictum V. *Absolutio quo-*
ad seculares. n. 46. & 47.

75. Peccata, quæ ipsi Prælati Regulares
 sibi reseruare possint, declarauit mandato
 speciali Clem. 8. 26. Maij. 1593. esse sequen-
 tia. 1. Veneficia, Incantationes, sortilegia.
 2. Apostasiam à Religione, siue habitu di-
 missio, siue retento, quando eò peruerterint,

Hs

v

LXXV.
 Casus Re-
 gulares.

vt extra Septa Monasterij, seu Conventū fiat egressio. 3. Nocturnam & furtiuam ē Monasterio, seu ē Conventu egressionem, etiam non animo apostatandi factam. 4. Proprietatem contra votum Paupertatis, quæ sit peccatum mortale. 5. Iuramentum fallum in Iudicio sacerdotali seu legitimo. 6. Procurationem, auxilium seu consilium ad abortum faciendum post animatum foetum, etiam effectu non secuto. 7. Falsificationem manus aut sigilli Officialium Monasterij seu Conuentū. 8. Furtum de rebus Monasterii seu conventū in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale. 9. Lapsum carnis voluntariorum opere consummatum. 10. Occisionem, aut valuerationem, seu grauem percuSSIONEM cuiuscunque Personæ. 11. Malitiosum impedimentū, aut retardationē, aut apertione litterarū à Superioribus ad Inferiores, aut ab Inferioribus ad Superiorēs.

LXXVI. 76. Circa Decretum hoc generatim
Casus re- ffernari quoad Capuci- pos.
 aduert. eo non statui, vt omnes iij casus sint in Religionibus reseruati, sed tantum permitti, vt Regulares præfati hos casus, aut omnes, aut aliquos eorū sibi reseruare possint, prout subditorum utilitatiprudenter in Domino expedire iudicauerint. Si quod aliud peccatum graue, inquit Papa, pro Religionis conseruacione, aut pro conscientia puritate reser-

reseruandum videbitur, id non aliter fiat, quam
Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provin-
cialis in Provincia, maturâ discussione & con-
sensu. &c.

In ordine nostro Capucinorū, omnes dicti
casus, & soli reseruati habentur, totius Ca-
pituli Generalis suffragio communitet re-
cepti An. 1596, & alijs; quod demum An.
1643. innouatum fuit, adiunctā insuper Ca-
parronis pēnā ad 6. mensē, qui secūs do-
cere præsumperit.

77. Aduertendum insuper est ex no-
stris PP. Coriol. de cas. Reseru. p. 1. sec. 1. a. 5.
Et Eligio. V. Casus Reseru. n. 40. quamuis in
aliquibus explicetur necessariam esse mate-
riam peccati mortalis, & opus externum; reserua-
nihilominus has duas conditiones genera-
liter allatas in omnibus zq̄e intelligendas
esse, vt nimirum, nullum, saltem de facto
(quicquid sit de possibili) peccatum reser-
uatum censeri debeat, quod si merē inter-
num, veniale, vel etiam dubium, an sit mor-
tale. De hoc modica vel nulla lis est, con-
trouertitur autē valdē circa 4. & 8. casum,
quānam quantitas requiratur, vt eā sine li-
centia Superioris à Religioso usurpatā seu
furto ablatā, ad peccatum mortale casus re-
seruati deueniatur? Qua in re cūm tot ferē
sint sententiae, quorū capita, ed tandem ple-
tique

LXXVII.
Qua re-
quirātur
ad Casū.
reserua-
tum.

rique deueniunt, vt iudicio & arbitrio boni
viri relinquent, pro temporum, locorum,
Religionum, personarum, & aliarum cit-
cumstantiarum differentia dijudicandum.
Ex nostris P. Sorbo, in Comp. Priuil. V. Dare.
In declaratione Bullæ, de largitione munerum,
contra Sotum, qui dicebat, summam duo-
rum vel trium Ducatorum non esse notabi-
lem quantitatem, tenet valorem duorum
Iuliorum, esse sufficientem ad culpam le-
thalem. Sorbum sequitur Homobon, de
Casibus Reservu. p. 3. c. 3. vbi attento Religio-
sorum statu, qui paupertatem profitentur,
duorum aut trium Iuliorum quantitatem
lethalem vult culpam conflare. Idem te-
ner P. Cyprian. ad c. 7. Reg. lcc. 14. & P.
Gesuald. p. 1. tr. 17. tr. 10. c. 8. n. 10. Laym. l.
3. de Inst. tr. 3. p. 1. c. 1. q. 1. &c. P. Basile.
V. *Casus reservu.* §. 4. probabiliorem, inter
omnes sententiam vocat, quæ materiam
notabilem in furtis Religiosorum dicit esse
summam quatuor argenteorum, vel realio-
rum, hæc enim pro eodem accipiuntur,
P. Caspens. de Restit. disp. 5. sec. 7. admittit
quinque Iulios, nisi minor sit à Superiori al-
signata quantitas. Valet autem Iulus seu
argenteus 8. vel 9. circiter nostratisbus cru-
ciferis. Non malè hic etiam limitat P. Ca-
spens, in furtis esculentorum & poculento-
rum;

rum, quando in proprium vsum conver-
tuntur; vt maior in his requiratur quantitas
ad constituendū peccatū mortale, seu furti,
seu prævaricationis voti, quām in alijs re-
bus; partim quia talium rerum acceptio &
absumptio propter naturā necessitatem fa-
cilius excusatur; partim quia eārum Domini-
nium non vendicatur aut retinetur, sed me-
tus v̄sus appropriatur, per quem res mox
absumuntur. Vnde Soar. de Religione. tō. 3, l.
3. c. 11. n. 41. de istis esculentis & poculentis
si tantum ad proprium vsum actualem &
transitorium à Religiosis aliquid sumatur;
regulariter non admittit esse peccatū mor-
tale, nisi damnificatio Religionis esset ni-
mia, & in re extraordinaria & pretiosiori,
extra enim huiusmodi casum, res huius-
modi reputantur leuioris conditionis. Et
quamvis Prælatis hoc displiceat, non tamē
sunt ita involuntarij, vt illam reputent ma-
teriam grauem in ordine ad Paupertatem,
sed solum in ordine ad decentiam & perfe-
ctionem Religionis, cuius quanta in hoc
speciatim genere habenda sit ratiō, lubet
audire magnum Basiltium serm. 2. De renun-
ciat. Vitæ, & perfectione spirit. vbi sic loquitur.
Vide inquiens, né te seducat inimicus per primū
parentis peccatum, & cito te ejiciat ex Paradiso
voluptatis. Qui enim Adam per eſus furtum
subtraxit

subtraxit à vita, & sperauit se IESVM supplantaturum esse, non reuerebitur etiam tibi multo magis temperare primam malorum causam, quam forte venenum hoc esse sciat. Nam gulositatis vitium, non in copia eduliorum, proprium robur ostendere solet, sed in desiderio ac modo gustu. Si itaque desiderio breuis alicuius gustus valuerit te subiugere gulositatis vitio, citra laborem te morii tradet. Quemadmodum enim natura aquæ est, ut dum per multos ductus dividitur, omnem circa aquæ ductus locum florere faciat: sic & gulositatis vitium, si digestum fuerit ad cor, omnes sensus rigans, mollitiae syluam in te deplantans, ferarum habitaculum, anima tuam efficeret. Multos enim ego vitijs corruptos in sanitate esse vidi, unum autem ex omnibus clancularium helluonem aut gulosum non vidi, sed aut à continente vita abruptos, & mundo corruptos, aut inter continentates occultari co[n]antes, & per voluptatem diabolo commilitantes. Mendaces enim sunt hi, multum iurantes, periuri, seditionis, contentiosi, vociferatores, negantes se esse helluones, illiberales, molles, morosi, perscrutatores, tenebris gaudentes, omni virtuosa actioni ultra resistentes. Quo enim gulositatis vitium regat, in examen malorum incidunt: qui sane habitu quidem sunt inter eos, qui salvantur, re ipsa verò inter condemnatos. Hucusque S. Doctor.

Horum

Horum casuum specialis expositio videatur apud Homobon, tr. de casibus Reserv. Fagund. Præt. 2. l. 8. c. 4. Peyr. 10. 2. q. 3. c. 2. §. 1. Lezan. & Portel. V. Casus referu. Ex nostris P. Coriol. peculiari opere de casibus referu. P. Cyprian in c. 7. Reg. lec. 13. P. Elianus 10. 1. V. Casus referu. P. Gesuald. p. 1. Theol. Mor. tr. 27. c. 10.

78. Pro modo absoluendi à casibus referuatis in ordine nostro, habentur litteræ M.R.P. Clementis à Noto, tūc Procuratoris in Curia Romana, ad omnes Ordinis Prouincias destinatæ, seq. tenoris:

Fidem facimus Nos F. Clemens à Noto Procurator Generalis Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum, quod cùm per Reuerendissimum Commissarium S. Inquisitionis iu hac Curiā degentem fuerit 1613. dum habebantur Roma nostra Generalia Comitia PP. Generali & Definitoribus eo tempore conuenientibus, impositum, ut statuerent & decernerent modum in Religione seruandum, quo dirigerentur Confessarij in absoluendis casibus, quorum absolutio Generilibus, seu Prouincialibus reservatur: iam per dictos PP. fuit obeditum, determinantes illum modum, qui positus in scriptis, fuit tenoris sequentis:

Quoniam in nostra Congregatione FF. Minorum S. Francisci Capucinorum, iuxta Seraphicam

LXXXVIII.
Modus ab-
soluēde à
Reserva-
tio-

tio-

eam Patris Regulam c. 7. casus non Superioribus localibus, sed Provincialibus, aut Generalibus pro tempore existentibus reservantur: qui cum absentes plurimum sint, atque adeo casu reservato occurrante, Pœnitentes pro absoluzione, aut Confessarij pro licentia absoluendi revertere ad eos facile non possint; Idcirco nosfrascripti, Generalis, & Definitores præsumi Capituli Generalis, ad Decretum SS. D. Papæ Clem. 8. super casuum reservatione respicienter ac simul bono communii Religionis, & quinii conscientia fratrum consulentes, decernimus ut iuxta antiquam nostræ Religionis consuetudinem, & probatorum DD. communem sententiam, Confessarij à Superioribus deputati ad audiendas fratrum confessiones, eos etiam à casibus reservatis absoluere valeant, eâ tamen lege, ut si Confessor iudicauerit Pœnitentem se debent Superiori presentare, teneatur Pœnitens, habita opertunitate, ad talem Superiorum recurrere, vel ut iterum sacramentaliter absoluatur, vel ut remedium salutare recipiat. Si vero id non expedire Confessario visum fuerit, liber omnino à tali obligatione Pœnitens remaneat, ita tamen ut Confessor ipse, tempore congruo, ad Superiorum recurrat, & salvo Confessionis sigillo, ac sine Pœnitentis nota, se à reservatis illum absoluisse manifestet, tum ut hinc Prelatus in communis statum Religionis agnoscat, tum ut de salute

alueribus remedii, si opus fuerit, Confessari-
um instruat; Illud etiam addimus, ut quoties-
unque Poenitens aliquem Confessarium ex de-
utatis elegerit, iuxta nostrarum Constitutionis
sum ordinationem, suâ sponte illum mutare, &
illum eligere absque Superioris licentia mini-
ne posse. F. Paulus à Cesena Generalis.

F. Clemens à Noto Definitor.

F. Michael Angelus Ariminensis Defini-
tor.

F. Laurentius à Brundusio Definitor.

F. Hieronymus Narniensis Definitor.

F. Santes Romanus Definitor.

Insuper cum modum istum à PP. prescrip-
sum SS. Congreg. Card. S. Officij indicandum
obtulerimus eò fine, ut sisit expediens, nec ali-
quid contineat iuribus & Decretis Pont. con-
trarium, probaretur, sin minus, corrigetur,
& ad debitam formam S. Cong. ben'visam re-
duceretur. Dicta S. Congreg. post debitam
discussionem, & maturam in his omnibus consi-
derationem, censuit modum istum, ut iacet, tan-
quam iustum comprobandum esse, & de facto
comprobatum fuisse, Illustrissimus Bellarminus
vñus ex Card. dicto & S. Cong. à nobis requisitus
asseruit, & certiores nos fecit. Hinc notum fa-
cimus Confessariis ita se gesturos, infuturū, cum
dicti casus occurrerint, sicut in præteritis est
consultum, cum modus olim habitus, ut iustus

I

C.

& rationabilis, & ad mentem S. Cong. si ap
probatus. Vnde in horum fidem praesentes fieri
mandauimus, manu nostra subscriptas, & sigillo
Officij nostri munitas. Dat. Roma 6. Martij
1615. F. Clemens à Noto Procurator
Generalis.

Quod si Confessarius onus praesentandi
in se recipiat, praeter alias peccati circum-
stantias, quae speciem mutant, explicabit
etiam peccati frequentiam, & temporis
diuturnitatem, proximas peccandi occasio-
nes, & penitentis conditiones, quae ad rem
faciunt, ita tamen cautè, ne peccator de-
gatur: sic enim Superior in concedenda fa-
cilitate facilior erit, & de singulis instru-
ctus, aptiora & opportuniora praescriber
remedia. Homob. de cas. ref. p. 1. c. 6. confor-
miter nostris olim Generalibus Ordinatio-
nibus.

CLAVSVRA.

- 79. Obligatio Regularium ad Clausuram.
- 80. Clausura qualis apud Capucinos.
- 81. Clausura Sanctimonialium.
- 82. Quoad egressum earum è Monasterio.
- 83. Quoad ingressum Virorum ad illas.
- 84. Nominatim de FF. Min. secundum Re-
gulam.
- 85. Clausura Hospitiorum Sanctimonialium.

86. Litteris